

## Sermo

**Prover. xxv. dicitur gloria regum inuestigata / re sermonem.** **S**ecundo rex debet habere pietatem et veram cordis passionem in alienis miseris. Unde ei Job dicebat. xxix. Quia sedere quasi rex circumstante exercitu eram miserum solator. flebam inquit super eo qui afflictus erat et propiciebatur anima mea pauperi. Nunquid enim regnum stare poterit. si clementia regis firmatum non fuerit. Nonne Saul qui sacerdotes occidit a regno pulsus fuit. cuius solum pro misericordia quam servavit David in sempiternum obitavit. unde dicitur Prover. xx. Misi misericordiam et veritatem custodivit regem. et roboratur clementia thronus eius. Nam et sic esse debere ostenditur ipsa natura que regi apum aculeum non dedit. vel si dedit cum eo non ferit. leo etiam rex animalium tantam pietatem sepe inducit. quod si hominem in deserto invenerit. et ipse homo sibi genua flexerit ipsum non occidit. sed ei patitur et ipsi viam qua eundem sit ostendit. Quando ergo bestia crudelis tantam pietatem versus hominem induit. **A**duerte quid hominem facere puenit. **T**ercio rex debet habere strenuitatem in preliis. nam regnante stat omnis exercitus. sed ipso cadente vel etiam fugiente aliquo casu fugit omnis populus. unde dicitur. i. Regum. viij. Iudicabit nos rex noster egredietur ante nos et pugnet in preliis nostris. nam propter hoc dicitur quod apes quando debet eligere regem eligunt eorum maiorem. forma pulchriorem et viribus fortiozem. Unde quando turbantur bella committunt. viso suo rege animantur et fortiores ad bella reddunt. sed ipso non viso statim dispergunt. Sic igitur patet. quales debeant esse principes. potestates. iudices. et rectores. sed in contrarium res versa est. Nam sunt hodie ignorantes sine eruditione. Sunt imiticores sine passione. Sunt pigri et desidiosi sine operatione. Dico quod principes et rectores sunt hodie ignorantes sine eruditione. nam hodie pravi in consiliis ponunt. et iudices raptores in civitatibus

statuuntur. quare veritas piclatur et infamia publice et privatim subvertitur. unde Eccl. x. Rex insipiens perdet populum suum et civitates inhabitabunt pro sensum prudentium. Secundo reges et duces sunt imiticores sine passione. unde dicitur. iij. Esdras. iij. Rex iniquus et iniqua opera eius. Tercio sunt pigri. et negligentes sine omni bona operatione. et ideo dicitur. Mathe. iij. Ad omnia peribit cor regum et principum. quid enim est ad omnia perire. nisi nihil operari vel le. et propter ista omnia dicitur. Eccl. x. Ne tibi terra cuius rex puer est. et cuius principes mane comedunt. nam extra ordinem comedere signum est stulticie. **N**ota dum igitur quod isti qui sic sunt ignorantes non dicuntur reges sed reguli a quodam serpente sic dicti. Nam serpens qui regulus dicitur est qui alio nomine basiliscus dicitur est. primo morsu letaliter ledit. Secundo visum inficit et corrumpit. Tercio non abelitu solo occidit. Sic et rectores nostri hodie primo lacerant subditos pro sententia. Secundo inficiunt pro ignorantia. tercio occidunt pro infamiam. Dico quod reguli sive basilisci morsu dilaniant ut venena infigant. sunt enim serpentes seuissimi nihil pietatis habentes. Et tales sunt hodie qui nos regunt elati inflati. nulla pietate vestiti. unde dicitur. Isa. xxx. In terra tribulationis et angustie leena et leo. vipera et regulus volans. leena animal calidissimum est. ita quod semper gestiat coitum sicut fertur. propter quod non contenta leone pardo commiscetur. Unde in ea est significata luxuria. leo est animal superbissimum ita quod indignatur si a quoquam inspicatur. unde in eo notatur superbia. Vipera est animal astutissimum. unde astutia sibi lo murenola ad coitum vocat. et eam a profundo maris excitat ut ad se veniat. cuius natura est ut venenum deponat antequam coeat sed postea illud refumit. hec etiam nascendo matrem dilacerat. unde in ea recte asturia significat et discordia. Regulus est animal crudelissimum nulla prolixus

*Nota de supioribus sicut  
regibus iudicibus et regibus*